

Forfatter: a Chyrkey, Georgius Albany

Titel: BREV TIL: Gyldenstjerne, Mogens FRA: a Chyrkey, Georgius Albany (1560-04-15)

Citation: a Chyrkey, Georgius Albany: "BREV TIL: Gyldenstjerne, Mogens FRA: a Chyrkey, Georgius Albany (1560-04-15)", i *Breve til og fra Mogens Gyldenstjerne og Anne Sparre (2. bind)*, I KOMMISSION HOS G. E. C. GAD, s. 42. Onlineudgave fra Danmarks Breve: <https://tekster.kb.dk/text/letters-000743146-006-shoot-L0007431460060047.pdf> (tilgået 13. juli 2024)

Anvendt udgave: Breve til og fra Mogens Gyldenstjerne og Anne Sparre (2. bind)

Ophavsret: Materialet er fri af ophavsret. Du kan kopiere, ændre, distribuere eller fremføre værket, også til kommercielle formål, uden at bede om tilladelse. Husk dog altid at kreditere ophavsmanden.

[Læs Public Domain-erklæringen](#)

a Chyrkey, Georgius Albany, *Breve til og fra Mogens Gyldenstjerne og Anne Sparre (2. bind)*,

Wittenberg, 15. April 1560.

Georgius Albany a Chyrkey til Mogens Gyldenstjerne.

Han har overbragt Mogens Gyldenstjernes Besked til Philip Melancton og Dr. Maior og givet Frans Gyldenstjerne Pengene til Studierne. Han takker for den gæstfrie Modtagelse, omtaler Philip Melanctons svagelige Helbred og sender Hilsener.

Plurimæ foelicitatis obsequijque mej commendationem.

Strenuis(!) ac nobilissime domine, cum ex suscepta peregrinatione opinione mea multo longiore idib. Aprilis redijssem tuaque mandata et commendationem de optime spei adolescente filio tuo suauiissimo viris clarissimis orbis terrarum magistro domino Philippo Melanthoni et Georgio Maiori rettulissem, ipsi autem Francisco Guldenstener missam pecuniam ad præsidia studiorum integre reddidisssem, vestræque gentis ac Danicæ nobilitatis splendorem, singularem in peregrinos humanitatem, dominationis autem tuæ erga me eximiam munificentiam et multa hospitalitatis s. 43offitia summo loco natis hominibus dominis et amicis meis plurimis, comitibus, barronibus ac nobilibus, huiusque academiæ proceribus copiose recensuissem, nihil magis optabam quam offerri mihi aliquam occassionem declarandæ meæ uicissim gratitudinis et accepti beneficij memoriam.

Quæ cum auferatur, volui nunc per literas immensas ac pene diuinas agere gratias et etiam promittere, ubicunque opera, studio, diligentia et auxilio meo in omnibus honestis actionibus ingeniosus adolescens filius tuus Franciscus indiguerit, me illi affuturum et nullum ex gente uestra, qui ad me in patriam peruenerit, inhonoratum dimissurum. Plura scribere dubia salus et pene deplorata iam ualetudo domini præceptoris obseruan[di] Philippi Mel. prohibent. Hoc tantum nobilissimam dom. t. oro, si quid est, quod ex mea patria habere uelit, mihi rescribat. Dominus Deus propter merita ílij sui unigenitj multum diuque conseruet d. t. una cum familia sua et d. Christophorum Amaral ex me diligenter saluere iubeat. Vitebergæ XV April. 1560.

D. t. deditissimus

Georgius Albany a Chyrke[y] ¹⁾

sereni 8. Maximiliani Bohe[mia] regis aulicus.

(Bagpaa: Udskriften, Spor af Segler²⁾ og Mogens Gyldenstjernes Paaskrift:)

Nobilitate generis, prudentia ac virtute bellica præstanti domino Magno Gyllenstier, sereni s. regis Daniarum locumtenenti et consiliario, equiti aurato, fortissimo domino ac parenti observando.

En vnger meg tylscriiffuit.

Tr.: Ny kirkeh. Saml. IV, 94 f.